

I L I P S I
D E R E C T A
P R O N V N C I A T I O N E
L A T I N Æ L I N G V Æ
D I A L O G V S.

Editio vltima.



A N T V E R P I Æ,
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A,
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.

M. D C X X V I I.

*Cum Privilegiis Casareo & duorum Regum,
& Principum Belgarum.*

AD ILLVSTREM V.

P H I L I P P V M
S I D N E I V M
EX ILLVSRISSIMA

V V A R V I C E N S I V M

S T I R P E



V AERIS à me serio , Vir
illustris P H I L I P P E
S I D N E I E , de Pronuncia-
tu Latinæ linguæ quid
sentiam ? germanumne
& verum hunc , quo
nunc utimur : an alium
fuisse antiquitus , qui ,
ut multa alia , exoleuerit tenebris ignorantie
obrutus & longi æui . Tenuis subtilisque in-
quisitio : nec scio an non glorię solum expers ,
sed & fructus . Illam enim qui speres ex agel-
lo tam sterili ? quem ipsum quod colimus &
inuertimus paullò studiosius , carpent magis
quam ignoscent . Ambitionem appellabunt ,
& friuolam in paruis iactantiam . Qui etiam
fructum ? cùm & pauci hæc ad animum siue
aures admittent : & siqui tamen hactenus , vt
scire ea velint , non vti . Quis enim erit ille

A 2 tantis

DIALOGI
DE RECTA PRO-
NVNCIATIONE
LATINÆ LINGVÆ

CAPUT I.

*In Italiam meus aduentus. Mureti ibi reperti laus. ad sermonem hunc
præparatio: & quiddam de iuuenilibus meis scriptis.*



DOLESCENS in Italiam cùm venifsem: acce desiderium mihi res antiquas noscendi, & viros, qui eas docti. Inflammabar cupidine doctrinæ veteris : & magni apud me omnes illi, qui in cā clsent magni. Inter quos M. Antonium Muretum iure censebam. virum, in quo non eruditio solum varia, sed comitas ctiam & lepos multus. Atque vt illâ nos exterios in admiratio nem sui rapiebat; ita istâ in amore. cùm erga omnes tam prompta ei humanitas, vt raro domus aut lingua eius cuiquam es- sent clausa. Itaque & mihi cerebra ad illum itio: nec facile reditio, nisi cum fructu aliquo & velut doctrinæ spico, quod colligebam ex fæcundo illo agro. Quod accidisse mihi recolo statim sub initia: cùm pereger adhuc & nouus ad illum viserem, tunc æstuantem in Quirinali. Nam patronus eius Hippolytus Estensis, vir nobilis iuxta ac splendidus, domum ibi altaram habebat in respectu & crepidine ipsâ collis: salubrem aëre, amœnam hortis, laxam ædificijs, adornatam pictoris, statuis, & cetero omni elegantiarum cultu. eoque se conferre cum plerâque familiâ solitus sub æstiuos dies. Ibi igitur cùm Muretus, perrexì & conscendi ad cum satis manè. æstum enim vitabam, qui, vt mensc Julio, in ijs locis grandis. Atque cubiculum eius cùm pulsasse, dictus mihi à puero in hortis esse.

*M. Antonius
Muretus.*

*Damus Cor-
dinaria
Estensis.*

RATIO
PRONVNCIANDI LITTERAS
EX MARTIANO CAPELLA.

MARTIANVS Capella formationem litterarum ad hunc modum exsecus est:

- A, sub hiatu oris congruo solo spiritu memoramus:
- B, labris per spiritus impetum reclusis educimus:
- C, molaribus super linguae extrema appulsi exprimitur:
- D, appulsa lingue circa superiores dentes innascitur:
- E, spiritus facit linguam paullò pressiore:
- F, dentes labrum inferius deprimentes linguam palatoque dulcescit:
- G, spiritus cum palato:
- H, contractis paullum fauibus ventus exhalat:
- I, spiritus propè dentibus pressis:
- K, fauibus palatoque formatur:
- L, linguam palatoque dulcescit:
- M, labris imprimitur:
- N, lingua dentibus appulsa collidit:
- O, rotundi oris spiritu comparatur:
- P, labris spiritus erumpit:
- Q, appulsa palatiore restricto:
- R, spiritum linguam crispante corraditur:
- S, sibilum facit dentibus verberatis:
- T, appulsa lingue dentibus impulsis excluditur:
- V, ore constricto labrisque promulis exhibetur:
- X, quidquid C & S formauit, exsibilat:
- Y, appressis labris spirituque procedit:
- Z, verò idcirco Appius Claudius detestatur, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitatur.

EX TERENTIANO MAVRO.

Nunc singula quam possideant in ore sedem,
Ictusque suos concipient, & vnderumpant,

Vocalium
soni.

*S*promptus in ore est; agitur pone dentes
Sic lauis, & vnum ciet auribus susurrum.
Mixtura secundæ geminum parat sonorem:
Quia C simul & que prior est iugando nisum,
Retrosum adactam solidant premuntque vocem.

EX VICTORINO AFRO.

A, littera rectu patulo, suspensa, neque impressa dentibus lingua enunciatur.

E, represso modice rectu oris, reductisq; introrsum labijs effertur.

I, semiclusso ore impressisque sensim lingua dentibus, vocem dabit.

O, ut *E*, geminum vocis sonum pro conditione temporis promit, qui correptum enunciat, nec magno biam labra referabit, & retrorsum actam linguam tenebit: longum autem productis labijs, rectu tereti, lingua arcti oris pendula, sonum tragicum dabit. Cuius observationis & in *E* littera similis panè ratio est.

V, litteram quoties enunciamus, productis & coëuntibus labris efferemus.

B, & *F*, litteræ dispari inter se oris officio exprimuntur. nam prima, exploso è medijs labijs sono: sequens compresso ore, velut introrsum attracto vocis ictu, explicantur.

C, etiam & *G*, sono proxime, oris molinine nisi que diffentiant, nam *C*, reducta introrsum lingua, hinc atque hinc inter molares surgens, hærentem intra os sonum vocis excludit: *G*, vim prioris, pari lingua lapsu palato suggestens, lenius reddit.

D, & *T*, lingue sublatione ac positione distinguuntur. nam cum summos atque imos coniunctim dentes supremâ sui parte pulsauerit, *D*, litteram exprimit. quoties autem sublimata partem, quâ supernis dentibus est origo, continget, *T*, sonore vocis explicabit.

K, & *Q*, viramque exprimi faucibus, alteram distento, alteram producto rectu manifestum est.

F, litteram imum labium supremis imprimentes dentibus, reflexâ ad palati fastigium lingua leni spiramine proferemus.

L, validum nescio quid per partem palati, qua primordium dentibus superis est, lingua trudente, diducto ore personabit.

K

At

SUMMA THEOLOGIAE DEI ET CATHOLIC

ET HISTORIAE UNIVERSALIS. IN TOME DE
SACRAE SCRIPTURA. ET S. TRINITATIS. ET
S. CATHOLICAE CHURCH. ET S. MARIÆ.
—HISTORIAE UNIVERSALIS. ET S. TRINITATIS.
—SACRAE SCRIPTURA. ET S. MARIÆ.
—HISTORIAE UNIVERSALIS. ET S. TRINITATIS.
—SACRAE SCRIPTURA. ET S. MARIÆ.

AD TITULUM. ET TITULUM. ET TITULUM.

PARVIL

EDITIONIS V

IN TYPIS PLANTINIANIS. ANNO MDCXXVIII.

A N T V E R P I A E,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.

M. D C. X X V I I L

